

nifi quod *Actus Apostolorum* postpositi sint *Epistolis. Genesis* c. III. v. 15. legitur: *Ipsa conteret* &c. Post *Nehemiae Librum fol. 195.* insertus est *Tertius Esdrae*, qui autem *Secundus* inscribitur. *Psalmi* hoc rubro gaudent: *Incipit liber ymnorum uel soliloquiorum*

Pro:

ad parcendum atque se uiendum.
sensu feceram.
sensum mysticum meis.
hoc dedit — consummari
incolumes — amantes.

prophete dauid de christo. Machabaei duos *Rabani Mauri Prologos* habent: ad *Ludouicum regem* et ad *Geroldum sacri palatii Archidiachonum*, e quibus *Editio-nem Colon. 1626. Opp. omn. Ra-bani T. IV. p. 380.* hic emendare lubet. Itaque in priore

Lege:

ad parendum et seruiendum.
sensu confeceram.
sensum mysticum in eis.
hoc dedit velle — consummare.
incolumem — amantem.

In altero.

Abbati Huduino.
tradendum reseruau.
gentium Historicis.
largitor — mihi gratias referat.
ueniam impetrari.

Abbati Hilduino.
tradendam reseruau.
gentium Historiis.
largitori — inde gratias referas.
ueniam impetrare.

Job. I. c. 5. Testimonium coeleste et terrestre a prima manu legitur. Apocalypsin nota illa Hebraicorum Graecorum que Vocabulorum Expositio sequitur, cui, quod utinam tota illa Tribus semper fecisset, Librarius subjecit: Anno Domini Milleesimo Ducentesimo Quadragesimo Septimo. Ego Henricus de Nemofio (Nemauso, Nifmes) Clericus perfecit Bibliothecam istam. Mense Februario. Multae Literae hujus Clausulae Diplomaticas unciales imitantur.

III. VI. 7. 8.

811 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 491. 8. per duas

columnas minutim, sed nitidissime exaratus et minio decorus continet *Biblia utriusque Testamenti*, ordine Librorum consueto, praefixisque, ut solet, *Hieronymi Prologis et Argumentis. Gen. c. 3. v. 15. legitur: Ipsa conteret.* Libro II. *Paralip.* continuo adtexta est *Oratio Manassis*, idque solum in margine notatum. Libro *Nehemiae* subjungitur *Tertius Esdrae* apocryphus, qui tamen *Secundus* inscribitur. *Epistolae Paulinae* praecedunt *Actus Apostolorum. Job. I. c. 5. post testimonium terrestre omittitur 10: Et hi tres unum sunt. Apocalypsi* subscriptum: *Explicit bibliotheca. Tum*

A 3

fe-

sequitur: *Incipiunt interpretationes hebraicorum nominum.* Adde et graecorum. Interpretationes hae, ut notum, magnam partem infelices.

IV. VII B. 16

93 Codex membraneus lat. Sec. XIV. et XV. Folior. 476. f. per duas columnas caractere denso, atro exaratus, initio Librorum literis et marginibus pictis florulen-

tis exhibet *Sacra Biblia* ex interpretatione vulgata. Praecedit *Index Epistolarum et Evangeliorum* per anni circulum in Ecclesia legi solitorum, sed ab *Adventu* tantum usque ad *Dominicam XIV.* post Pentecosten. Hunc excipit *Epitome metrica Bibliorum*, cuius titulus in margine minio adscriptus sic habet: *Incipiunt Capitula Biblie metricae. et fere quilibet dictio representat capitulum. sequitur Genesis.* En specimen.

Opera die- rum	Fructum ligni	transgredi- endo	occiditur	transfertur	propter dilu- vium
I	2	3	4	5	6
Sex	prohibet	peccant	abel	enoch	et archa
Epitome Apocalypseos sic terminatur:					
reges terre	beati qui ad cenam nup- tiarum voca- ti sunt	corpora	ornatam vi- ro suo	iam dicit sponsus	
17	18	19	20	21	
Flebunt	ad cenam	furgunt	sponsus	venio iam	

Equulei hujus poetici jam *Lambecius* meminit L. II. p. 747. et 777. edit. *Kollar.* col. 523 et 581. agitque de ejus inventore *Alexandro de Villa Dei Polyc. Leyserus Hist. Poet. med. aevi* p. 770. quo tamen rem longe difficiliorem effectam dedit *Petrus de Rosenheim* coenobita Mellicensis in *Roséo Memoriali* s. *Mnemofi-*

no Bibliorum Memoriali, de quo egi in *Wiens Buchdruckergesch.* p. 246. et 364. Tandem a fol. 11. *Biblia* hoc ordine progrediuntur: *Pentateuchus. Josue. L. Judicum. Ruth. IV. Regum. II. Paralipomenon*, quibus absque omni intervallo et titulo adtexta est *Oratio Manassis. Esdrae I.* cujus c. ultimo addita sunt haec